

deria eis pro lege erant, nec prohiberi furentem, nec prohibere potui sponte pereuntem
populum, qui adhuc hodie nil sciunt vel faciunt, extra quod digitus Satanae in eorum
cordibus scripsit. Vae mihi quia filii, hoc est quod dolet dolebitque in aevum. Nam ecce
dum mortis victima in infernum recta via proficiscar, ubi vermes mei non moriantur,
et ignis meus ardebit in aeternum et ultra. Sic ait et citius adormivit factusque est
placatus magnus super eum.

Timuerat autem timore magno; sed pro omnibus adolescens Adalbertus, qui his diebus
deliciosus miles erat, nocte eadem sacis indutus cilicinis, caput cano cinere respergens
singulas circumit Ecclesias, pauperibus quoque quae habuit longe dispersas, se et causam suam
am precibus Domini commendavit.

Ipsi autem Episcopatus honorem iam tunc aliqui tacitis promissionibus, nonnulli publicis,
et sermone promiserunt.

9. Post mortem vero Episcopi non longe ab Urbe Praga factus est conventus desolatae
plebis, una cum Principe illius terrae; et fit diligens inquisitionis quem pro illo ponerent.
Responderunt autem omnes uno ore: Et quis alius nisi indigena noster Adalbertus,
cujus actus, nobilitas, divitiarum, ac vita cum honore concordant? Hic quo ipse gradatur
optime novit, hic etiam ducatum animarum prudenter administrat.

Eodem die Dominico quando haec electio facta est, quidam validissimus daemone repletus,
fertur in Ecclesiam ubi sedes Episcopalis est, et cepit palam confiteri mala sua quorum sibi
confessus erat. Tunc convenerunt ministri dominicalis mensam orantes pro eo, et sacris
verbis inimicum persequentes. Exclamavit autem per os illius incurisimus daemone,
dicens. Quid mihi et vobis? venistis detradere me de hoc habitaculo meo? Quid pro,
desit vos jactare inania verba? Ego illum, qui seditus est in ista sede valde timeo;